

etiam suum
institutum, an-
te hanc Ap-
ostolicam con-
firmationem.

commodo propter nimiam eorum Domo-
rum regularium a se invicem distantiam,
recipere non possint, in regularibus vero
eorum institutis Apostolica auctoritate con-
firmatis caveatur expresse, ne Novitii in
Congregatione praedicta ad habitum, &
professionem absque consensu, & voto dicti
Praepositi generalis, & quatuor Assistentium
recipi possint, indeque pie dicti Sixti Prae-
decessoris circa praemissa Constitutioni satis
prospectum esse videatur.

Ipsa ergo
Congregatio
Pontifici sup-
plicat pro op-
portuna pro-
visione.

§. 3. Nobis propterea Praepositus, &
Clerici praedicti humiliter supplicari fecer-
unt, quatenus sibi in praemissis, ut infra in-
dulgere, aliasque desuper opportune provi-
dere de benignitate apostolica dignare-
mur.

Qui eidem
Congregatio-
ni indulget,
Novitios, de
voto Praepo-
siti generalis,
& quatuor As-
sistentium ad
habitum, &
religionem ad-
mittat, servata
in reliquis
forma d. Bul-
lae Sixti V.

§. 4. Nos igitur Praepositus, & Clericos
praedictos specialibus favoribus, & gratiis
prosequi volentes, & eorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, aliisque Ecclesias-
ticis sententiis, censuris, & poenis, a jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa,
latis, si quibus quomodolibet innodati
existunt, ad effectum praesentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, &
absolutos fore censentes, hujusmodi suppli-
cationibus inclinatis, de Venerabilium Fra-
trum nostrorum S.R.E. Cardinalium nego-
cis Regularium praepositorum consilio;
Quod de caetero perpetuis futuris tempori-
bus in praedicta Congregatione Novitii ad
habitum, & professionem regulares ejus-
dem Congregationis, cum consensu, & vo-
to illius Praepositi generalis, & quatuor As-
sistentium praedictorum, servata in reliquis
praedictarum literarum forma, recipi, &
admitti libere, & licite, ac valide possint,
& valeant, apostolica auctoritate, tenore
praesentium, concedimus, & indulgemus.

Contractus
que derogat.

§. 5. Non obstantibus literis praedictis,
ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, necnon dictae Congregationis, etiam
juramento, confirmatione apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

Dat. die 21.
Febr. 1615.
An. X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 21.
Febr. 1615. Pont. Nostri Anno Decimo.

CCXLIV.

Institutio Studii generalis, in Collegio per
Theodorum Episcopum Paderbonen., &
Sacri Imperii Principem, ad catholicae
fidei, ac bonarum artium profectum in
Civitate Paderbonen. erecto, sub regimine
Societatis Jesu, cum privilegiorum, &
gratiarum elargitione.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex Studiorum
Universitati-

IN supereminenti Apostolicae Sedis spe-
cula, meritis licet imparibus, disponen-

bus quae bona
proficiantur

te Domino constituti, & intra mentis no-
stra arcana revolventes, quantum ex litera-
rum studiis Catholica fides augeatur, divini
nominis cultus protendatur, veritas agno-
scatur, ac justitia colatur, ad ea, per qua li-
terarum studia hujusmodi ubilibet exciten-
tur, & humiles personae eis incumbere de-
siderantes id efficere possint, libenter inten-
dimus, & in iis nostrae sollicitudinis partes
propensus impertimur, prout pia ecclesias-
ticorum Praelatorum vota exposcunt, Nos-
que locorum qualitate pensata in Domino
conspicimus salubriter expedire.

Theodorus
Episc. Pade-
bonen. Col-
legium Socie-
tatis Jesu, Pa-
derbonae eri-
git, reddi-
tibusque com-
petentibus do-
tavit.

§. 1. Sane nomine Venerabilis Fratris
Theodori Episcopi Paderbonen. Sacri Ro-
mani Imperii Principis, Nobis nuper expo-
situm fuit, quod ipse a viginti annis, vel
circa, ut adolescentes suae Civitatis Pade-
bonen. in bonis literis, moribus, & sincera
pietate instituerentur, & Populus sibi com-
missus per frequentiam Sacramentorum
Poenitentiae, & Eucharistiae, nec non Con-
cionum, lectionum, & sacrificiorum in spi-
ritualibus promoveretur, in eadem Civita-
te unum Collegium Societatis Jesu, in quo
humaniores literae docerentur, per tunc
existentem Praepositem Generalem dictae
Societatis, in vim privilegiorum sibi ab
Apostolica Sede concessorum erigi, & in-
stitui curavit, illudque opportuno aedificio
construi fecit, & competentibus redditibus
annuis dotavit.

Et in d. Col-
legio, Univer-
sificem Studii
generalis,
Theologiae,
Philosophiae,
&c. institui
petit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio
su bjungebat, dictus Theodorus Episcopus
providere consideret tam in suo, quam vicinis
Episcopatibus magnam penuriam Parochor-
um, qui literas sciant, ut Populum erudi-
re, & se se haereticis, eorumque falsis, &
erroneis opinionibus opponere, ac etiam
eorum, qui cum dignitate Clero seculari,
Civitatis, Oppidis, & locis, ac etiam
Abbatibus, & Monasteriis praefici possint, exi-
stere, & Academiis Catholicas quinque
aut sex dierum itinere distare, e contra ve-
re propinqua esse Gymnasia haereticorum,
in quibus omnia studia ad haereses, & falsa
dogmata propaganda diriguntur, ac sapientia
hujus seculi gubernantur, & ad ea me-
liora sepe ingenia cum magno spiritualium,
& temporalium rerum damno proficiuntur,
& in tota veteri Saxonia nullam adesse
Academiam catholicam, & propterea, ut
religionem Catholicam, quae in locis sibi
subjectis, & vicinis Episcopatibus viget,
conferret, & ubi collapsa est, hac potissima
ratione restitueret, ac suos subditos, & vicinos
quos plurimos ad literarum studia, & navan-
di bonis literis operam excitet, Universita-
tum studii generalis, in qua duae facultates
Theologiae, & Philosophiae, cum scholis
linguae Latinae, Graecae, & Hebraeae, sub cura
tamen, regimine, & administratione dictae
Societatis Praepositi generalis, & Clerico-
rum ejus, seu personae a dicto Praeposito ge-
nerali deputandae, doceantur, seu legantur,
sufficientibus redditibus per eum dotandam,
ac competens habitatio, aliisque rebus
necessariis ei providendum, per nos erigi,
& in institui summopere desideret, Nobis idcir-
co

Paulus insti-
tuit.

co humiliter supplicari fecit, quatenus sub-
ditorum suorum salutem, & commodo con-
sulendo, in dicta Civitate, ac aedibus ipsius
Collegii, Universitatem, in qua Societatis
praedictae Religiosi Theologiam, Philoso-
phiam, & ingenuas artes praedictas publice
profiterentur, & juvenes quoscumque do-
cerent, & apostolica auctoritate perpetuo
erigere, & instituire, aliasque in praemissis
opportune providere de benignitate apo-
stolica dignaremur.

Regimini-
que
Societatis Je-
su supponit.

§. 3. Nos igitur Theodorum Episcopum
a quibusvis, &c. censentes, hujusmodi
supplicationibus inclinatis, ex nunc, prout
postquam dictus Theodorus Episcopus suf-
ficientes redditus ad infra scripta de suo at-
tribuerit, & de rebus necessariis providerit,
in Civitate praedicta, ac aedibus dicti
Collegii, ubi nunc scholae sunt, seu for-
san in ampliore formam construentur,
Universitatem studii generalis, in qua
Religiosi dictae Societatis Theologiam, nec
non Philosophiam tam scholasticam, quam
positivam, naturalem, ac moralem, lin-
guas Latinam, Graecam, & Hebraeam, alias-
que ingenuas artes praedictas publice profi-
teantur, ac juvenes quoscumque doceant,
ad instar aliarum Universitatum studiorum
generalium tam in Transalpinis Provinciis,
& Regnis, quam aliis ubilibet erectarum,
apostolica auctoritate praedicta tenore
praesentium perpetuo erigimus, & institui-
mus, sine tamen alicujus praedicti.

Privilegiis
& gratiis Stu-
diorum hujus-
modi d. Col-
legium ejus-
dem praesentis
exornat.

§. 4. Ipsamque Universitatem, & Stu-
dium generale, sic erectum, & institutum,
curae, regimini, & administrationi dictae
Societatis, & illius Praepositi generalis, seu
ab eo deputandi, qui totius Universitatis
Rector exstiterit, praedicta auctoritate, etiam
perpetuo supponimus, & submittimus.

Reclori illius
facultatem,
promovendi
ad gradum con-
cedit.

§. 5. Ac eidem Universitati, illiusque Re-
ctori, Magistris, Scholasticis, aliisque praedi-
ctis universis, & singulis, ut omnibus,
& quibuscumque privilegiis, indultis, liber-
tatis, immunitatis, exemptionibus,
favoribus, gratiis, praerogativis, honoribus,
& praehminentis, hujusmodi Universitati-
bus, illarumque pro tempore existentibus
Rectoribus, Magistris, Lectoribus, Docto-
ribus, Praeceptoribus, Scholasticis, Procu-
ratoribus, Bidellis, Nunciis, Officialibus,
Ministris, & aliis personis, in genere, vel in
specie tam praedicta, quam Imperiali, Regia,
aut Ducali auctoritatibus, & aliis pro tem-
pore quomodolibet concessis, non solum
ad eorum instar, sed pariformiter, ac aequae
principaliter in omnibus, & per omnia, uti
potiri, & gaudere.

Reclori illius
facultatem,
promovendi
ad gradum con-
cedit.

§. 6. Et insuper Reclori ejusdem Uni-
versitatis, & Collegii pro tempore existen-
ti, ut illos, quos in ipsa erecta Universita-
te, vel etiam alibi in alia quavis catholica
per debitum tempus studuisse, ac scientiae, &
moribus idoneos esse repererit, in praedictis
facultatibus artium, & Theologiae, ad Bac-
calauratus, etiam formati, Licentiatum, e.
Laurea, ac Doctoratus, nec non Magisterii
gradus (servata in omnibus forma decreto-
rum Viennens., & Tridentini Conciliorum,

quibus in aliquo derogare non intendimus)
& alias juxta Universitatum aliorum Stu-
diorum generalium consuetudines, & ere-
cta Universitatis Statuta promovere, & ip-
sorum graduum solita insignia eis exhi-
bere.

Promotis au-
tem privile-
gia, & facul-
tates in aliis
hujusmodi
Studiis pro-
motis compe-
tentes elargi-
tur.

§. 7. Utque ad dictos gradus sic per il-
lum promoti, postea publice, & privatim,
etiam in omnibus aliis Universitatibus Stu-
diorum generalium facultates praedictas in-
terpretari, & alios docere, & de eis dispu-
tare, gradui, seu gradibus hujusmodi con-
venien. actus exercere, ac omnibus privi-
legiis, gratiis, favoribus, praerogativis, &
indultis, quibus alii in praedictis, seu aliis
Universitatibus, & alibi juxta illarum Con-
stitutiones, & mores, ad gradus praedictos
promoti de jure, vel consuetudine utuntur,
potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gau-
dere poterunt in futurum, in omnibus, &
per omnia, perinde ac si gradus ipsos in
Universitatibus hujusmodi juxta illarum
mores, & consuetudines rite susceperint,
uti, potiri, & gaudere.

Praeposito ge-
nerali Socie-
tatis Jesu, sta-
tura pro di-
cti Collegii re-
gimine con-
dendi, Officia-
lesque, & Mi-
nistros depu-
tandi auctori-
tatem tribuit.

§. 8. Nec non pro tempore existenti dic-
tae Societatis Praeposito generali, ut per se,
vel dicti Collegii, & erectae Universitatis,
Rectorem, aut alium, seu alios, pro salu-
tari, & felici dictae Universitatis directione,
ac Rectoris, Magistrorum, Procuratorum,
Bidellorum, Nunciorum, ac aliorum Mi-
nistrorum, & Officialium muneribus, &
functionibus, modoque, & forma docendi,
& aliis sua officia exercendi, & Scholasticor-
um maintenance, quaecumque Statuta, &
ordinationes, licita, & honesta, ac sacris
Canonibus, & Concilii Tridentini decretis,
& Constitutionibus Apostolicis non contra-
ria, edere, & promulgare, eaque pro tem-
porum, rerum, & personarum qualitate
mutare, corrigere, & reformare, seu illa
cassare, & abrogare, ac alia de novo edere,
& super illorum observatione poenas ejus
arbitrio imponere. Dictaque Universitatis
Doctores, Magistros, Lectores, Scholasti-
cos, Procuratores, Bidellos, aliosque Mi-
nistros, & Officiales eligere, & amovere,
seu electiones factas confirmare libere, &
licite valeant, auctoritate, & tenore praedi-
ctis, etiam perpetuo concedimus, & indul-
gemus.

Bona, & jura
ab ipso Theo-
doro Episco-
po, & Colle-
gio conceden-
da, eidem per-
petuo appli-
cat.

§. 9. Nec non Domum, bona, & jura a
dicto Theodoro Episcopo, ut praefertur, Col-
legio, & illius Universitati per praesentes
erectae praedictis concessa, & donata, ac etiam
concedenda, & donanda, auctoritate, & te-
nore similibus itidem perpetuo applicamus,
& appropriamus.

Clausulas hu-
jus Constitu-
tionis praefec-
tivas appo-
nit.

§. 10. Praesentes vero nostras literas de
nullitatis vitio notari, seu impugnari, in-
fringi, limitari, seu in jus, vel controver-
siam vocari, aut adversus eas quodcumque
juris, & facti, vel justitiae, aut gratiae reme-
dium intentari, impetrari, vel concedi nul-
latenus unquam posse, sed illas semper, &
perpetuo adversus quascumque impugna-
tiones, & exceptiones validas, & efficaces
fore, & esse, suosque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere debere.

§. 11. Sic

Et ita, & non aliter iudicari mandat.

Contrariis que derogat.

Dat. die 2. April. 1615. An.X.

§. 11. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac S. R. E. Cardinales iudicari &c. attentari decernimus.

§. 12. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, die 2. Aprilis 1615. Anno X.

CCXLV.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Ludovico Regi Christianissimo conceditur ad sui vitam Indultum nominandi ad Ecclesias, & Monasteria Britannia, & Provincia Provincie.

Charissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

PAULUS PAPA QUINTUS

Charissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Nonnulli Pontifices Regibus Gallie jus nominandi ad Ecclesias, & Monasteria Ducatus Britannia, & Provincia Provincie ad eorundem Regum vitam concessere.

Cum nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri aliquibus Francorum Regibus Christianissimis, ob eorum præclara in Apostolicam Sedem merita, jus nominandi personas idoneas ad Cathedralis, & Metropolitanas Ecclesias, ac Monasteria in Ducatu Britannia, & Provincia Provincie, quorum ipsi Reges domini in temporalibus existunt, pro tempore vacantia ad cuiuslibet dictionum Regum vitam tantum reservaverint, concesserint, ac indulerint, prout in diversis eorundem Prædecessorum, ac nominatim felicitis recordationis Sixti Quinti sub data die decimaquinta Novembris 1586, & Clementis Octavi sub data die vigesima tertie Junii 1597. expeditis literis plenius continetur.

Paulus idem jus Ludovico Regi concessit.

§. 2. Nos, qui Majestatem Tuam ob ejus singularem pietatem, religionis zelum, ac in Nos, & Apostolicam Sedem observantiam, aliaque præclara merita, specialibus favoribus, & gratis libenter prosequimur, singularum literarum prædictarum tenores, ac datas, perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio non ad Tuam, vel alterius pro Te Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac certa scientia nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, Majestati Tue, quoad vixerit, jus nominandi Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus successoribus nostris personas probatas boni nominis, ac secundum sacrorum canonum dispositionem idoneas ad quascumque Cathedralis, & Metropolitanas Ecclesias, ac Monasteria quorumcumque Ordinum, de quibus consistorialiter disponi consuevit, in Ducatu Britannia, & Provincia Provincie prædictis consentientia, quoties illa quibusvis modis, &

ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem eandem vacante contigerit, per Nos, & Successores prædictos ad nominationem hujusmodi Ecclesiis, & Monasteriis prædictis præficiendas, tenore præsentium reservamus, concedimus, & assignamus.

§. 3. Decernentes jus nominandi hujusmodi ad Ecclesias, & Monasteria prædicta tibi quoad vixeris competere debere, neque sub quacumque quantumvis speciali derogatione comprehendere, vel ei quovis modo, & ex quacumque causa derogari, & si ei derogari contingat, minime suffragari posse; & nihilominus quascumque Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi provisiones, commendas, & alias de eis dispositiones etiam cum juris nominandi hujusmodi derogatione contra eorundem præsentium tenorem etiam per Nos, & Successores prædictos, ac dictam Sedem eandem absque Tuis nominationibus etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus quoquo modo pro tempore faciendas, & desuper consiciendas literas, ac inde sequuta quacumque, nulla, & invalida, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, Teque ad docendum de literis prædictis, seu illas ostendendum, & in eis contenta quacumque justificandum minime teneri, sed in eisdem præsentibus tantum uti posse, illisque tam in iudicio, quam extra illud stari debere; Sicque, & non alias per quoscumque Iudices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulas pro concessione hujusmodi limitate apponit.

§. 4. Non obstantibus quibusvis generalibus, vel specialibus Ecclesiarum, & Monasteriorum prædictorum reservationibus, seu affectionibus Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem eandem quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, ac quibusvis aliis Apostolicis, nec non in provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinibus, ac Ecclesiarum Monasteriorum, illorumque Ordinum, nec non Ducatus, & Provincia prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam qualvis clausulas, & reservationes in se continen., per eosdem Prædecessores, ac Nos, & Sedem eandem Ecclesiis, & Monasteriis, illorumque Capitulis, Conventibus, & Ordinibus, ac Ducatui, & Provincia prædictis, eorumque Communitatibus, & personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Obstantia tollit.

Qui-

Nominatio- nes intra sex menses a die vacationis fieri mandat.

Dat. die 30. April. 1615. An. X.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Procedit.

Fratres Linguae Provincie nonnulla statuunt pro re-

Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, ad effectum præmissorum, harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod infra sex menses a die vacationis Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi computandos, personas idoneas Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus pro collatione, provisione, seu commenda obtinenda nominare omnino tenearis, ac ad Monasteria hujusmodi in titulum concedi solita clerici seculares, vel alterius, quam Monasterii, ad quod eos per Te nominari contigerit, Ordinis Regulares nominandi habitum per Fratres, seu Monachos illius Monasterii gestari solitum suscipere, ac professionem per eosdem Fratres, seu Monachos emitti consuetam, expresse emittere teneantur, alioquin dictis sex mensibus elapsis de Ecclesiis, seu Monasteriis, ut præfertur, vacantibus per Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem libere disponi possit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die trigesima Aprilis 1615. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CCXLVI.

Confirmatio literarum Magni Magistri, & quorundam Capitulorum in Consilio dicti Magni Magistri factorum pro Fratribus Militibus Linguae Provincie Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Personarum omnium sub militari habitu, & regularibus institutis Altissimo famulantium, præsertim qui se se fidei catholice, etiam cum vite periculo, defensores profitentur, felici directioni libenter intendentes, illa, quæ propterea inter eos sancita, & ordinata sunt, ut ab omnibus inviolabiliter observentur, libenter, cum a Nobis petitur, apostolicæ firmitatis munimine roboramus, prout conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Linguae Provincie, Hospitalis Sancti Joannis Hierosoly-

mitani, quod ipsi pro felici Prioratum Sancti Egidii, & Tholosani Linguae, & Hospitalis prædictorum statu, ac regimine, & gubernio, & alias certis rationabilibus de causis animos eorum moventibus, omnia, & singula in infra scriptis Patentibus Literis contenta, matura præhabita deliberatione, fecerunt, statuerunt, & decreverunt, quæ subinde a dilectis etiam filiis Alophio de Wignacourt Magno Magistro, & Concilio Ordinario ejusdem Hospitalis approbata, & confirmata fuerunt, prout plenius continetur in patentibus desuper confectis literis, tenoris subsequents.

§. 2. Frater Alophius de Wignacourt Dei Gratia Sacra Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Magister humilis, Pauperumque Jesu Christi Custos: Et Nos Bajulivi, Priores, Commendatarii, & Fratres Concilium ordinatum in Domino celebrantes.

Univeris, & singulis præsentibus nostras literas visuris, lecturis, & audituris salutem in Domino, & prosperos ad vota successus.

Ad ea studiose, atque libenter intendimus, aciemque mentis nostræ dirigimus, quæ de Fratrum consensu pro beneficio ipsorum, & publica Ordinis nostri utilitate, venerandæque Linguae Provincie commodo, & decore, facta, & concordata esse dignoscuntur, ut illibata, & firma permanent, nostri muniminis adicimus firmitatem. Sane per Procuratores nostræ Venerandæ Linguae Provincie ex parte Locumtenentis Venerandi Magni Commendatarii, Commendatiorum, & Fratrum ejusdem Venerandæ Linguae hic Melitæ in Conventu nostro ad Dei, & Religionis nostræ obsequia residentiam, Nobis in Venerando Consilio præsentata, & porrecta fuerunt quedam Capitula, pacta, & declarationes circa duos Prioratus Sancti Egidii, & Tholosæ occasione separationis, & erectionis quarundam Commendarum, dictionum Prioratum, ac super aliis in eisdem Capitulis expressis per præfatam Linguam, nemine discrepante, concordata, & firmata, debita cum reverentia, & instantia postulando, ea omnia a Nobis confirmari, approbari, & ratificari: Quorum Capitulorum tenor fuit, & est qui sequitur, videlicet.

Adi 23. di Decembre 1614.

Fu tenuta la Veneranda Lingua di Provenza, con licenza di Monsignore Illustrissimo Fra Alofio de Wignacourt nostro deguissimo Gran Maestro, Presidente in quella il molt' illustre Signore Fra Ercole di Vintimiglia Reveft Luogotenente di Gran Commendatore, nella quale si propose, che dovendosi considerare il beneficio pubblico, ed il reggimento, e buon governo dello stato delli Venerandi Priorati de' Santi Gili, e Tolosa, della detta Veneranda Lingua, per degni rispetti moventi l' animo loro, dopo lunga discussione, si giudicò essere ne-

1615. mine Prioratum S. Egidii, & Tholosani.

Que literis hic relatis confirmata fuerunt a M. Magistro.

necessario, che si riformino essi loro stati nel modo seguente, cioè: Che la Commenda di San Tommaso Trincataglie, e la Commenda di Beaulieu, tutte due Camere Priorali, sieno smembrate dal detto Priorato di San Gili, e sieno fatte due Commende smutibili di cabimento, o miglioramento, o di grazia Magistrale, secondo occorrerà il caso, e si debbano conferire a chi per suo turno sarà capace. Che si debbano erigere in una Commenda li due membri, cioè quello vocato la Favigliana, dipendente dalla Commenda suddetta di Trincataglie, posseduto al presente dal Signor Commendatore Gio: Francesco Puget, e l'altro Membro vocato Portarnaut, dipendente dalla stessa Commenda di Trincataglie, qual Commenda sia in capite smutibile in favore de' Fiarnaldi, per essere conferita secondo lo stile della nostra Religione a suo turno a chi sarà capace: perocchè detta erezione si debba intendere dopo la vacanza in qualsivoglia modo di detti Membri, e senza pregiudizio alcuno di quelli, che al presente li possiedono, li quali possano permutarli con grazie, o Camere Magistrali, o trasferirli nel modo, che gli tornerà commodò, e disporli sempre nel medesimo modo, che possono fare al presente, non pretendendo detta Lingua di pregiudicarli in questo accordo in cosa alcuna, anzi favorirli, ed in forma, che restino, come se non si fosse trattato accordo: E perocchè detta unione, ed erezione in Commenda si debba intendere fatta, ed avere il suo effetto dopo la vacanza di quello, a chi sarà conferito detto membro nel modo suddetto, e non altrimenti: E perchè il più principale di detti due membri erigendi in una Commenda smutibile sono l'uno il suddetto chiamato la Favigliana, e l'altro Portarnaut, s'intenda, che tutte le volte, che vacarà in qualunque modo la Favigliana, che non si debba aspettare la vacanza del membro minore suddetto Portarnaut, ma si debba procedere alla smutizione di detto capo di membro, come capo della Commenda nuovamente eretta, e conferirsi al solito a chi sarà capace per suo turno, e vacando dopo il suddetto membro minore di Portarnaut, ipso jure, & ipso facto s'intenda incorporato al suo capo senz' altra provvisione, in modo tale, che sia, e s'intenda unito con detto suo capo a favore di chi sarà stato già provisto di detto capo della detta Commenda nuovamente eretta: Intendendo però, che se frattanto, che non vacasse nel modo suddetto la Favigliana, capo di detta Commenda, vacasse in qualsivoglia modo il membro minore, suddetto di Portarnaut, in tal caso s'intenda, e si debba intendere, che la detta Venerabile Lingua ritenga senz' altro titolo, e godo, usufrutta, ed amministri detto minor membro vacato in utilità di essa Lingua, infino che venga il caso della vacanza del capo maggiore del suddetto membro della Favigliana, e possa avere effetto essa erezione di nuova Com-

menda nel modo suddetto. Che venendo a vacare in qualunque modo li due membri, l'uno chiamato Bellagarda, dipendente dalla Commenda di San Gili, l'altro vocato Barbentana, dipendente dalla stessa Commenda, subito seguita detta vacanza di qualsivoglia di detti due membri, ipso facto s'intenda, e si debbano intendere uniti, ed incorporati con la Commenda nominata Ciroles dipendente dal detto Priorato di San Gili senza altra nuova provvisione: intendendo la detta Lingua, che li Possessori presenti di detti due membri Barbentana, e Bellagarda abbiano, e godano della stessa autorità, e facoltà, come quelli della Favigliana, e Portarnaut. Che la Casa con le sue appartenenze, e tutti quelli mobili, che in essa si trovano della detta Commenda di San Tommaso Trincataglie, la quale è dentro la Città di Arles, sia incorporata, e debba essere, e s'intenda unita, ed annessa col detto Priorato di S. Gili per comodità del Priore, e sua utilità: e però, perchè detta Commenda di San Tommaso Trincataglie, si smembra dal detto Priorato, come di sopra, e data in beneficio delli Signori della Lingua, quello, che la consegnerà per qualsivoglia titolo, debba essere obbligato a fare, o fare avere in essa Commenda una Casa a suo arbitrio, dentro la Città suddetta d' Arles, e si conterà per rata al suo miglioramento, altrimenti li miglioramenti suoi s'intendano invalidi. Che essendo cosa ragionevole, che il Priore suddetto di S. Gili, essendo smembrato d. Priorato per beneficio pubblico, e per utilità, e commodò delli Sigg. Fiarnaldi, sieno in alcun modo ricompensati: per questo si risolse, che quello, il quale sarà canonicamente promosso, e provisto per la nostra Religione, secondo li nostri statuti, e costumi in detto Priorato di San Gili, possa in ricompensa delle Commende, che gli si smembrano, ritenere insieme col detto Priorato, avere, e godere, oltre Camere, o grazie Magistrali, che ne avesse, tutte altre Commende *de gratia Prioris*, di miglioramento, o cabimento, membri, e Pensioni, o qualsivoglia altri beni di detta Religione, intendendo però, che tutti li beni, con li quali entrerà in detto Priorato, s'intendano non esser mai incorporati, ed annessi al capo di detto Priorato, con questo, che morendo detto Priore, tutto quello, che averà portato, tanto Commende, membri, pensioni, come qualsivoglia altri beni al Priorato, ritorni ogni cosa alla detta Venerabile Lingua, ed a chi tocherà per suo turno: Che vacando alcuna Commenda, la quale esso Priore, secondo detti nostri statuti la potesse dare per grazia sua Priorale, in tal caso ricompensandolo, possa quella ritenere in sua utilità, ed insieme goderla col Priorato, e tutti altri beni, che avesse, come di sopra: E perchè per Brevi Apostolici per l'anzianità, e jusquesti concessi, tanto all' Illustrissimo Signore Principe di Vandome Gran Priore di Tolosa, quanto alla felice memoria del Signor Ca-

valier di Guisa sopra li frutti di detto Priorato di S. Gili, Sua Serenità obbliga a loro soli, e non al Molt' Illustrre Signore Gran Commendatore Vaqueras, dover essi pagare la pensione costituita all' Illustrissimo Signor Cardinal di Gioiosa di scudi 1750. sopra li frutti del Priorato di Tolosa, vita sua durante, per sgravare esso Priorato di Tolosa: Per questo si risolse dalla detta Ven. Lingua, che quello che sarà Priore di San Gili provisto dal nostro Convento conforme li nostri statuti dopo detti Signori di Vandome, e Vaqueras, dopo che averà intratto in rendita reale, & in *perceptione fructuum* di detto Priorato, sia obbligato, e debba in ogni modo, senza contraddizione, opposizione, o difesa alcuna, pagare a suo luogo, e tempo a detto Illustrissimo Signor Cardinale, o a persona legittima per lui, o al Prior di Tolosa, che sarà allora, domandandogliela etiamdio, che il detto Signor Cardinale, o legittima persona per per lui non gliela domandasse, nel qual caso esso Prior di Tolosa, che sarà, subentrerà, e si intenda subentrato in luogo, nell' istesse azioni, e ragioni dell' Illustrissimo Signor di Gioiosa suddetto per contra chi sarà Priore di San Gili: e mentre pagherà detta pensione possa godere, e fruttare la suddetta Commenda di S. Tommaso di Trincataglie smembrata, ut supra, e subito che sarà detta pensione estinta in qualsivoglia modo, eo ipso s'intenda vacata detta Commenda di San Tommaso di Trincataglie, e si debba smutare in Lingua, e prevedersi nel modo, che li nostri statuti ordinano, come Commenda smutibile, e nel modo suddetto: per maggior osservanza del suddetto quello, che ha d' avere esso Priorato di S. Gili dopo detto Illustrissimo, ed il Signor di Vaqueras, debba innanti la smutizione di detto Priorato obbligarsi in forma sufficiente per atto di Cancellaria, e con giuramento di osservare *bona fide*, e da Cavaliere tutto il prearrato, pagare detta pensione nel modo suddetto, *realiter, & cum effectu*, senza opposizione alcuna, e questo per l' indennità, ed interesse tanto del comun Tesoro, che sarà, altrimenti fosse obbligato a tutti i danni, spese, ed interessi di quello, che la pagherà, delle quali si debba stare al solo detto e giuramento del pagante essa pensione, e fatta detta obbligazione, allora si proceda alla smutizione del detto Priorato di S. Gili, altrimenti ogni smutizione, provvisione, o collazione, che si facesse, fosse di nessun valore. Tutto questo però, quanto si è concordato di sopra, ed appuntato, intende essa Venerabile Lingua, che sempre debba essere, e s'intenda senza pregiudizio alcuno dell' anzianità, e jusquesti, che hanno in detto Priorato di San Gili, ragioni, ed azioni l' Illustrissimo Signor Principe di Vandome, ed il Signor Gran Commendatore Frà Giovanni di Vassadel Vaqueras, come anco senza pregiudizio alcuno dell' autorità, facoltà, e preminenze del presente Signor Gran Priore di San Gili Frà Pietro de Sparviers

Luffan, alle quali loro autorità, e preminenze, detta Venerabile Lingua non intende pregiudicare in cosa alcuna, anzi in ogni capo de' suddetti, ed in tutto insieme s'intendano preservati sempre, nè per causa alcuna, nè in qualsivoglia modo, *directe, o indirecte, tacite, vel expresse* pregiudicati, nè pregiudizio alcuno, quanto è nel medesimo modo, le ragioni, preminenze, ed autorità magistrali, ed ancora del nostro comun Tesoro, anzi quelle sempre s'intendano preservate, siccome mai fosse fatta questa Concordia: E tutto il contenuto nella presente Concordia, dopo essere stato letto, e pubblicato nella detta Venerabile Lingua, quello ha confermato, accordato, e concluso, *nemine discrepante*, essendo le Galere nel Porto. *Extrait du Livre de la Venerable Langue de Provence, fait par main de austry, e signé pour moi Secrétaire d' icelle, soussigné Fr. M. de Perier. Les Procureurs de la surdite Venerable Langue soussignés, Fr. Francois de Puget, Fr. Francois de la Croix le Menardie.* Quare Nos attendentes præsertim omnia, & Angula de communi consensu omnium Fratrum dictæ Venerabilis Lingue, pro beneficio, & utilitate Ordinis nostri, distorumque Prioratum confecta esse, supplicacionibus prælibatorum inclinati, omnibus melioribus via, modo, jure, & forma, quibus melius, & validius facere possumus, & debemus, invicem maturo, & deliberato consilio, de nostra certa scientia, adherentes privilegii Apostolicis, quibus Nobis, & Conventui nostro data est ampla, & libera facultas providendi, uniendo, & dimembrandi, & alias de illis disponendi cum mero, & mixto imperio, capitula, pacta, declarationes, separationes, & uniones præscripta eisdem modis, & formis in eis contentis juxta illorum continentiam, & tenorem, harum serie laudamus, approbamus, & confirmamus, præsentisque scripti patrocinio communimus: supplet omnes, & singulos defectus, si qui forsitan in eisdem intervenerint. Præcipientes omnibus, & singulis domus nostræ fratibus, quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentibus, præsentibus, & futuris, in virtute sanctæ obedientiæ, ne contra præsentis nostras confirmationis, & approbationis literas, aliquatenus facere, vel venire præsumant, sed eas studeant inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium Bulla nostra communis plumbea præsentibus est appensa.

Datum Melite in Conventu nostro die 15. mensis Januarii 1614. ab Incarnatione.

El Lugarteniente del Gran Cancellor Fray Don Antonio de Saavedra.

Registrata in Cancellaria.

Frater Joannes Otho Bosius Vice-Cancellarius.

Confirmati
potant a Pont.
ifice.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Fratres predicti Linguae Provinciae hujusmodi literas predictas, ac in illis contenta predicta pro firmiori eorum validitate, & substantia, apostolica confirmationis robore communiri plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmati
Paulus.

§.4. Nos igitur Fratres predictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, literas patentes predictas, omniaque omnia, & singula in eis contenta, sine tamen ullo praesentium dictos Prioratus nunc obtinentium, & ad illos jus quomodolibet habentium, nec non Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Portuensis Cardinalis de Gioiosa nuncupat., & cujuscumque alterius personae, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & quosvis alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui in praemissis, aut eorum aliquo quomodolibet interverint, supplemus.

Clausa

§.5. Decernentes praesentes Literas, omniaque, & singula in illis contenta, valida, firma, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & ab omnibus Linguae praedictae fratribus perpetuo, & inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
conventionum

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Hospitalis, & Linguae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 22.
Maii 1615.
An.X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima secunda Maii, 1615. Pontificatus Nostri Anno X.

Constitutio contra Ecclesiasticos locantes bona Haereticis in Dominio Archiducis Austriae.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii, quam omnibus Ecclesiis impendere tenemur, sollicitudo a Nobis postulat, ut quae fidei catholicae non mediocri detrimento sunt, quaeque Ecclesiis, earumque bonis, & Juribus grave damnum afferunt, & quantum Nobis ex alto conceditur, ut ab Ecclesia Dei ablegentur provideamus.

Exordium

§.1. Cum itaque, sicut non sine a nimirum nostri molestia accepimus, nonnulli Episcopi, & Ecclesiarum Praefules, ac Praelati, aliaeque personae Ecclesiasticae in Provinciis dilecto filio nobili Viro Ferdinando Archiduci Austriae subjectis existentibus, suarum Ecclesiarum, & aliorum per eos obtentorum beneficiorum bona personis nobilibus haereticis locent, & oppugnent, non sine gravi detrimento fidei catholicae, salutis animarum, & Ecclesiarum.

Ecclesiastici
sua bona Haereticis locant.

§.2. Nos pro incumbendis Nobis officii debito praemissis occurrere volentes, feliciter recor. Clementis Papae VIII. Praedecessoris nostri vestigiis inherentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Ecclesiarum Praefulibus, aliisque Praelatis, & quibusvis personis Ecclesiasticis praedictis, ne de caetero perpetuis futuris temporibus Castra, Pagos, Villas, decimas, agros, & alia cujuscumque generis bona, fructus, & proventus Ecclesiasticos venditionis, locationis, gubernationis, aut pignoris, seu alio quocumque alie nationis latissime sumpto vocabulo, aut alio quocumque titulo, seu nomine, neque ad breve, neque ad longum tempus, haereticis, & personis de fide catholica male sentientibus vendant, alienent, locent, oppugnent, & concedant, sub indignationis nostrae, & alius poenis, & censuris in sacris Canonibus, Conciliorum Decretis, & Constitutionibus apostolicis contentis eo ipso incurrendis apostolica auctoritate, tenore praesentium, interdicimus, & prohibemus.

Prohibet Paulus.

§.3. Decernentes nihilominus quascumque venditiones, alienationes, locationes, concessionem, oppugnationes, & alia contra praesentium tenorem facta, & si quae pro tempore fieri contigerit (quod non credimus) nulla, irrita, & inania fore, nulliusque roboris, vel momenti existere, nec ullis quovis modo suffragari posse.

Factas, scientiasque hujusmodi locationes irritas.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane

Clausa a
Pont.

Nunciu
Apostolicum Com
missarium e
re-putorem
deputat.

inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantia tol
lit.

Praesentium
transumptis
credi jubet.

Dat. die 5.
Junii 1615.
An.XI.

§.5. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Alexandrin., nec non aliis pro tempore existentibus nostris, & Sedis Apostolicae apud dictum Ferdinandum Archiducem Nunciis per praesentes committimus, & mandamus, ut nostram hujusmodi prohibitionem Archiepiscopis, Episcopis, & Praelatis praedictis, & aliis, quibus opus esse duxerint, denunciant, & eos, ne talia committant, quando, & quoties opus fuerit, admoncant.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dicti moderni, & pro tempore existentis Nuncii hujusmodi munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra habeatur, quae praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Junii 1615. Pontificatus nostri Anno XI.

CCXLVIII.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Cassatio, & annullatio Decretorum, Legum, & ordinationum in praedictum Ecclesiam, & Patriarcham Aquilejensem, factorum super Datis, & cognitione causarum in Castro S. Danielis, & S. Viti Aquilejensis, & Concordien. respectivo Diocesum.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Facili series.

§.1. CUM sicut ad nostram notitiam, venit, complura ordinata, seu constituta, aut decreta, vel praecpta, seu alias attentata, & innovata fuerint, praesertim super Datis, & super jurisdictione in omnibus causis maxime criminalibus, ac gubernio, & administratione in praedictum auctoritatis ecclesiasticae, & Venerabilis Fratris Patriarchae Aquilejensis, nunc, & pro tempore existentis, & Jurium illi competentium in S. Danielis, & seu S. Viti Oppidis, vel Castris Aquilejensis, & Concordien. respectivo Diocesum, & Ecclesiae Aquilejensis, & omnimoda temporalis jurisdictionis tam in civilibus, quam in criminalibus, ita, quod de eis, & in eis nullus Princeps, Senatus, aut Respublica se ingerere potest, sed omnimoda jurisdictione cum mero, & mixto imperio, nec non omne, & totale dominium, administratio, gubernatio, & omne imperium, etiam vigore transactionum desuper initarum libere spectat ad praedictum Patriarcham.

Iteratio, de
qua in Rub.

§.2. Propterea nos, qui super universam Ecclesiam a Deo, nullis nostris meritis, constituti, omnium Ecclesiarum iura conservare tenemur, pro incumbendis nobis officii hujusmodi debito, ordinationum, constitutionum, decretorum, praecptorum, commissionum, causarum, ac sententiarum praesertim criminalium, & Commissariorum deputationum ad procedendum in illis, seu alias attentatorum, & innovatorum hujusmodi tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum infertis habentes, ordinationes, leges, Constitutiones, praecpta, decreta, & commissiones, causarum, ac sententiarum, praesertim criminalium, ac Commissariorum deputationes ad procedendum, seu formandum processum contra delinquentes, seu alias attentata, innovata, & facta quaecumque, praesertim super causis criminalibus, & formationibus processuum super delictis, & excessibus in praedicto Oppido S. Danielis, seu S. Viti commissis, & super Datis, aut alias super jurisdictione, & gubernio hujusmodi tam in genere, quam in specie per quoscumque Judices, aut Magistratus seculares, Principes, Senatum, Rempubicam, seu quoscumque alios, cujuscumque gradus, & conditionis fuerint, etiam Ducali, Regali, vel Imperiali dignitate praesulgentes, & quae deinceps per eos, & eorum quemlibet in auctoritatis ecclesiasticae, & dictae Ecclesiae Aquilejensis, illarumque jurium praedictorum ordinari, constitui, praecipere, & decerni, seu alias attentari, innovari, aut fieri contigerit, praesertim super causis criminalibus, & formatione processuum super delictis, & excessibus, aut super Datis, & aliis super jurisdictione, administratione, & gubernio praedictis, tam in genere pariter, quam in specie ex nunc, prout postquam ordinata, statuta, decreta, vel praecpta, seu alias attentata, innovata, & facta fuerint, cum omnibus inde sequentibus, & sequentibus, de apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium, irritamus, cassamus, & annullamus, ac nullius roboris, & momenti esse, & fore decernimus, & declaramus.

§.3. Nec non omnibus, & singulis ditorum Oppidorum, seu Castrorum Habitatoribus, & Incolis, ac aliis quibuscumque sub Dei Omnipotentis, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, & nostrae indignationis, nec non excommunicationis latae sententiae poenis, a quibus non nisi a nobis, & Sede Apostolica, praeterquam in mortis articulo quisquam absolvi possit, inhibemus, ne ordinationibus, legibus, Constitutionibus, Decretis, & praecptis, commissionibus, sententiis, deputationibus Commissariorum in causis, & delictis, & excessibus praedictis, seu alias attentatis, & innovatis, ut praesertim super praemissis per quoscumque, quavis auctoritate, ut supra, suffultos, etiam per Senatum, Rempubicam factis, in iudicio, vel extra tam in genere pariter, quam in specie, uti, seu illis, se jvare, neque quicumque Judices, & Commissarii, seu a quocumque praedictorum, deputati ad procedendum in causis praedictis, seu processuum formatione super delictis, & excessibus hujusmodi se immiscere, & ingerere ullatenus directe, vel indirecte audeant, vel praesumant.

Publicatio
tendi legi-
bus, quae praesentibus
Constitutionibus abrogantur.

Derogatio contrariorum §. 5. Non obstantibus præmissis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Aut si prædictis, vel quibusvis aliis communitè, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 7. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, ut præsentibus literis, seu illarum exempla in Urbe ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, vel in Civitate Ferrariæ, seu ad valvas alicujus Ecclesiæ secularis, vel regularis dicti Oppidi Sancti Viti affixa, ita omnes arceant, & afficiant, acsi unicuique personaliter intimata fuissent.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 6. Junii 1615., Pont. nostri Anno Undecimo.

CCXLIX.

Ex Regest. in Secret. Brev. Indultum Archiepiscopo Civitatis Regum Concilii Provincialis celebrationem ad annos duodecim differendi.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. **O**nerosa pastoralis Officii cura, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commissa postulat, ut interdum ea, qua per Romanos Pontifices Prædecessores nostros provide, ac mature statuta, & ordinata sunt, novis supervenientibus causis immutemus, prout temporum, & rerum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus salubriter expedire.

Causa dilationis concedenda. §. 1. Cum itaque, sicut pro parte Ven. fratris moderni Archiepiscopi Civitatis Regum in Indiis occidentalibus Nobis nuper expositum fuit, in sua Dioecesi Concilia Provincialia singulis septenniis juxta præscriptum literarum se. re. Gregorii Papæ XIII. Prædecessoris nostri desuper editarum celebrari soleant, ad præsens vero non ita urgeat necessitas, ut Concilia prædicta tam frequenter convocanda sint, quin immo Episcopi exinde asperis Terræ, marisque itineribus defatigantur, in grave suarum Ecclesiarum præjudicium, qua suis destitutæ Pastoribus, absque proprii Pastoris cura remanent. Nobis propterea modernus Archiepiscopus prædictus humiliter supplicari fecit, ut super præmissis de solita Sedis Apostolicæ benignitate providere dignaremur.

Concessio de qua in Rub. §. 2. Nos igitur moderni Archiepiscopi, & Episcoporum prædictorum commoditatibus, & eorum Ecclesiarum utilitati, quantum cum Domino possumus, consulere, dictumque modernum Archiepiscopum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure,

vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum consilio, ut modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus Civitatis Regum in posterum perpetuis futuris temporibus Concilii Provincialis celebrationem ad duodecim annos differre, nisi aliter per Sedem Apostolicam ordinatum fuerit, arbitrio tamen ejusdem Archiepiscopi reservato, illud frequentius, prout necessitas postulerit, celebrandi, possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Derogatio contrariorum §. 3. Non obstantibus Gregorii Prædecessoris huiusmodi literis, ac Apostolicis, nec non in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1615. Pont. Nostri Anno Undecimo.

CCL.

Statuitur Regulares exercentes curam animarum in Dioecesi Mexicana approbandos ad id esse ab Archiepiscopo.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. **S**acri Apostolatus ministerio, meritis licet insufficientibus, divina providentia præpositi ad ea vigilantia nostre partes precipue intendimus, per que Christianis animarum salus, & divini Numinis cultus tum ex recta Sacramentorum administratione, tum provida, & matura idoneorum Parochialium Ecclesiarum Rectorum institutione felicioribus in dies augeantur incrementis.

Regulares in Dioecesi Mexicana curam animarum sine approbatione, & examine Ordinarum sibi figmebant. §. 1. Cum itaque, sicut accepimus, personæ Regulares ad curam animarum personarum secularium exercendam in Civitate, & Dioecesi Mexicana. in partibus Indiarum Occidentalium absque examine, & approbatione pro tempore existentis Archiepiscopi Mexican. sub prætextu privilegiorum eorum Ordinibus concessorum, & aliàs exercere posse prætendant, & de facto exercent, non sine salutis earundem personarum detrimento, & animarum Christianissimorum discrimine.

Paulus declarat eos tenentem approbationem huiusmodi obtinere. §. 2. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere volentes, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum consilio: Quod Regulares personarum, cujuscumque Ordinis, & instituti existant,

stant, & mendicantium, & quantumvis exempti, & Apostolicæ Sedi immediate subiecti curam animarum personarum secularium exercere minime possint, nisi prævio examine a pro tempore existente Archiepiscopo Mexican. ad id approbata fuerint, apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuo decernimus, & declaramus.

Clausulas apponit.

§. 3. Decernentes etiam, præsentibus literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, & singulis, quos tamen illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere, irritum quoque, & inane decernimus, quid quid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præsentis Decreti executionem Archiepiscopo demandat.

§. 4. Quocirca Ven. Fratri moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Mexicano per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta, quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicans, illas ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, observari faciat: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia ejus arbitrio, omni, & quacumque appellatione remota, compescat. Nos enim dicto Archiepiscopo præmissa, & quæcumque alia circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna facien, gerent, & exequen. auctoritate, & tenore prædictis, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Contraria tollit.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, necnon Mari Magno, & aliis indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 7. Octob. 1615. An. XI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris, 1615. Pont. Nostri Anno Undecimo.

CCLI.

Simile Decretum de Regularibus ab eodem Archiepiscopo approbandis ad secularium Confessiones audiendas.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Universalis Ecclesiæ regimini meritis licet imparibus a Domino præpositi, ex officii nostri debito providere debemus, ut Christianissimorum animarum cura per ido-

neos Rectores administraretur, & Episcoporum sacra auctoritas, qui in partem sollicitudinis ad eandem Ecclesiam regendam sunt vocati, illæsa conservetur.

Causa Decreti.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnullæ personæ Regulares Civitatis, & Dioecesi Mexican. in partibus Indiarum Occidentalium ad curam animarum personarum secularium destinatae recusent examini se subiacere Archiepiscopi Mexican. pro confessionibus audiendis, eo sub prætextu quod ab aliis Archiepiscopis Mexican. ad effectum prædictum alias, prævio examine, approbati fuerint;

Decretum.

§. 2. Nos attendentes præmissa contra canonicas sanctiones, & Constitutionem felicis re: Pii Papæ V. Prædecessoris nostri in damnum animarum, & Archiepiscopalis Jurisdictionis attentari: Propterea iis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum consilio, quod regulares personæ cujuscumque Ordinis, & Instituti existant, etiam Mendicantium, & quantumvis exempti, & apostolicæ Sedi immediate subiecti ad sacras personarum secularium confessiones audiendas semel a tunc existente Archiepiscopo Mexican. approbata, successu temporis iterum ab Archiepiscopo successe- re juxta prædictam Pii V. Prædecessoris Constitutionem desuper editam examinari, & minus idoneæ repetere reprobari possint, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo decernimus, & declaramus.

Clausula.

§. 3. Decernentes etiam præsentibus literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Archiepiscopus hujusmodi decreti executor.

§. 4. Quocirca Ven. fratri moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Mexicano, per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicans, illas ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, observari faciat, cum facultate eisdem Regularibus, ac cujusque personæ secularis confessiones absque suo examine, & approbatione audiant sub excommunicationis, vel alia sibi benevisâ censura, & pena ecclesiastica præcipiendi, & transgressores, & inobedientes per alia opportuna juris, & facti remedia ejus arbitrio, omni, & quacumque appellatione remota, compescendi.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum, etiam juramento, roboratis statutis, & consuetudinibus, ac Mari Magno nuncupat, necnon aliis privilegiis, Indultis, & literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium